



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVI. De Afflictione & Afflictis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

defensione rerum. *defens.* 33. *cap.* 24. *n.* 2. ubi de crimine læsa majestatis, Simonia, & de volente aliquem veneno perimere. (Pertinet etiam ad hunc numerum crimen fractæ pacis Ord. Cam. *p.* 2. *cap.* 14. *Gail.* 1. *de P. P. observ.* 14. *n.* 6. & 9. *Ern. Coth.* 3. *Resp.* 2. *n.* 26.)

Verum per consuetudinem generalem totius Italiae, hodie legibus omnibus conatum punientibus in gravibus delictis quoad penam ordinariam derogatum est, ut attestantur Boër. *decis.* 316. *Grammat.* *decis.* 2. *n.* 8. & seqq. & *decis.* 74. *num.* 9. *Clar. in pract.* §. *fin.* q. 92. & in §. *homicidium vers. ult. quæro.* Menoch. *de arb. quæst. lib.* 2. *cas.* 360. *num.* 92.) Caspar. *Thesaur. Pedem. decis.* 24. *p.* 2. Joseph. Ludov. *Lucens. decis.* 15. Cacheran. *decis.* 19. *in fin.* & alii, quos refert & sequitur Aloyf. Ricc. *in collectan.* *p.* 4. *collect.* 756. & *d. collect.* 1895. Mart. *in votis novissim. decisionum*, *vot.* 238. *num.* 14. *Thesaur. jun. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 24. *Giurb. cons.* 46. *num.* 37. & *cons.* 97. *n.* 16. (Et sanè esse eam æquisimam, & communi Germaniæ praxi probari testatur, Carpzovius *in praxi criminal.* *p.* 2. *quæst.* 71. *n.* 48. & *d. quæst.* 2. *n.* 51. *add. quæ notavimus ad Constit. Carol. artic.* 178. *in disput. de conatu punibili.* 9. 23.)

AFFECTATIO & fraudulenta machinatio non prodest affectanti *l.* *spadonem* 15. §. *ult. de Excus. tutor. l.* *Et quid data opera.* 5. *Ex quibus caus. maj.* Hippolyt. *de Marfil. de fidejuss.* *n.* 154. *pag.* 132. *nec attenditur.* *l.* 2. §. *ult. & ibi Gothofr. ff. si quis caut. l.* 1. *C. qui milit. poss. lib.* 12. *Tiraqvell. de retract. lig.* §. 35. *gloss.* 4. *n.* 29. *Sort. Oddo de restitut. in integr. p.* 1. *quæst.* 2. *Surd. cons.* 32. *n.* 4. & *cons.* 42. *n.* 23. *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *disput.* 39. *n.* 6. *Ant. de Amat. resol. var. resol.* 46. *n.* 5. *cum seqq.*

IX.

AFFECTIO nulla cadit, nec considerari in ignotum potest, *l.* *non est ferendus* 12. *ff. de transact. Ferrer. in Const. Cataloniæ gloss.* 1. *num.* 91. *Menoch. cons.* 333. *num.* 5. *Fusar. de substit. quæst.* 318. *n.* 6. *ut nec in easque non apparent.* *Curt. jun. in l. m. n.* 6. *C. de sent. quæ pro eo quod interest.* *Contra affectio augetur ex assidua conversatione l.* *cum allegas.* 4. *C. de cast. pec. lib.* 12. & *major. plerunq. in cognatos quam extraneos.* *Bald. in l. precibus* 8. *C. de Imp. & al. subst.*

CAP. XLV.

De Affirmativa & Negativa.

Axioma I.

Quod de uno affirmatur, de reliquis tacite negatur: exempla in jure passim extant *in l.* 1. *de off. ejus cui mand. l.* 21. *C. de procurat. l.* 13. *de Compens. l.* 1. §. 1. *de pign. l.* 38. §. *ult. de Edil. Edict.* Sicut etiam in contrario, quod de uno negatur, de aliis tacite affirmatur *l.* 21. *de S. P. V. l.* 24. *ff. de pign. l.* 18. *ff. de testib.* Et hæc regula toties procedit, quoties affirmativa & negativa est diversa ratio, quandoque autem est eadem, tunc fallit supra dicta regula, prout videmus exempla passim in jure *l.* 6. *de cond. causa dat. causa non sec. l.* 8. *C. de div. res. l.* 3. *C. de inst. & subst.*

II.

Affirmativam deponenti plus creditur quam neganti, *Joh. Andr. in c. 1. de prescript. lib.* 6. *dignior enim est affirmativa, Fulv. Pac. de probat. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 6.

CAP. XLVI.

De Afflictione & Afflictis.

Axioma I.

Omnis Afflictio morte solvitur, *l.* *fin. C. ad L. Jul. majest.*

III.

AFFLICTIO non est addenda afflicto, *l.* *navis* 4. §. *cum autem* 2. *ff. ad Legem Rhodiam de jactu. l.* *Divus Marcus* 14. *in princ. ff. de offic. presid. l.* *si idem* 11. *ff. de jurisdict. omnium judic. l.* *pæna* 9. §. *fin. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l.* *tam dementis* 28. *C. de Episcop. aud. c. ex parte* 5. *de cleric. agrot. cap. si quis à proprio* 2. *caus. n. quæst.* 3. (*leg. uni. Cod. de imponenda lucrativa description. lib.* 10.) *Petrus de Anchar. consil.* 52. *pro clario de cisione, in princ. Paulus Fusc. lit. A. singul.* 37. *Sanctarel. var. resolut. p.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. *Barthol. Peret. ad extravag. ambitiose, de reb. Eccles. non alien. verb.* & *si per sex menses* *n.* 4. *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg.* 20. *Antor. à Sousa in relect. Bulle de censuris, cap.* 5. *disput.* 38. *num.* 3. *Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepiscop. Neapol. p.* 2. *decis.* 45. *n.* 10. *Anton. Mon. Lucens. decis.* 34. *n.* 10. & Flo-

& Florent. *decis.* 12. num. 14. & Bono-
nienf. *decis.* 11. num. 64. Card. Tusch.
pract. conclus. tom. 1. lit. A. *concl.* 240.
n. 1. ubi num. 4. post Angel. *consil.* 197.
circas fin. vers. non obstat tertium, limi-
tat, nisi ex causa, quia quando afflictus
dat causam novæ afflictionis, debet
nova addi afflictio, Imbrian. *de primo*
& secundo beneficio seu de rest. ad pin-
gius probandum, consil. 3. n. 142.

CAP. XLVII.

De Agente. Vide supra
Actor, Actio.

Axioma I.

Agens & patiens debent esse discreta, cum
nihil agat in se ipsum, l. *ille a quo* 13. §. 4. *ad*
SC. Trebell. unde est, quod communiter asse-
ritur, actionem & passionem in eodem subje-
cto non concurrere. l. 71. ff. *de fidejuss.* l. *præ-*
tor 4. de tut. dat.

II.

Omne agens agit propter finem, & ad eum
principalis intentio dirigitur, l. *eam quam* 14.
ubi Bald. *Cod. de fideicommiss.* Tiber. Decian.
1. *consil.* 1. n. 15.

III.

Aliud est agere. aliud velle agere, l. 15. *Rat.*
rem. hab. Heig. *part.* 1. q. 36. n. 12. multa enim
inter poculum & calicem cadunt, quæ pro-
positum & intentionem agendi impedire
queunt, verba sunt Carpz. §. *conf.* 44. num.
9. nec sane quisquam ante litem contestatam
recte agere dicitur, l. *ult. C. de except.*
gl. in l. si posteaquam 43. ff. *de pecul.* Joh. Bapt.
Alfin. in §. 2. cap. 6. num. 2. Thom. *Grammat.*
decis. 69. n. 1.

Quod etiam in materia appellationis pro-
cedit. l. *ult. §. illud. C. de temp. & repar. ap-*
pell. Vult. 2. *Jurispr. Rom.* 31. n. 12. Carpzov. §.
conf. 37. n. 9.

IV.

Agere non videtur, qui fecit ne vincere
posset, l. *contumacia* 33. ff. *de re judic.*

V.

Agentes omnia cautè non damnificantur.
l. *inutilem* 2. C. *de furtis, add. voc. cautio,*
Cautela.

VI.

Quando quid non valet ut ago, nec valebit
ut potest.

Hæc regula ita procedit, si intentionem
habeo illum tantum actum celebrandi, qui
ministrate gestus, nec alio modo id valere vo-
lo; quod ex omnibus circumstantiis diligen-
ter venit examinandum, l. *pen. & ult. §. illud.*
1. C. *de Codicill.* l. 4. C. *de donat. ante nupt.*
13. C. *de repud. vel abstin. heredit.*

Quod si autem cuipiam negotium ita geri
placitum, ut si non valet, ut gestum est, valeat
saltem, ut valere potest, res secus se habet. l. 21.
§. 2. C. *de testament.* l. 32. *de contrab. empt.* l. 3.
de testam. milit. Et si dubium quid actum sit,
semper illud accipiendum, per quod actus va-
let. l. 12. ff. *de rebus dubiis.*

VII.

Agendo nemo causam suam facit deterio-
rem. Regula in l. 87. *de Reg. Juris. leg.* 29. *de*
Novat. Exemplum l. 6. §. 6. *junct. leg.* 11. §. 3.
de aqua & aq. pluvi. arc. ubi damnum quod
post litem contestatam datum refarcitur, non
quod ante. v. Perez. *comment. Cod. Etiam ob*
chirograph. pecun. pign. teneri posse. num.

VIII.

Id quod agitur, pro cauto & expresse ha-
betur.

Procedit hæc regula non modo in contra-
ctibus l. *cum quid* 2. *de reb. cred. leg.* 9. C. *St*
certum per. Verum etiam in ultimis volunta-
tibus l. 4. *Si ususfruct. per. ubi Cujac. add.* l. 6.
§. 1. *de ususfr. ad crescendo.*

IX.

AGENTES & consentientes pari
pœna puniuntur, l. *jubemus* 14. §. *a co-*
nomus. 2. C. *de Sacros. Eccles. cap. de offic.*
de leg. c. qui cum fure. 4. *de furtis. c. quan-*
ta 47. *de sentent. excomm.* l. 33. tit. 8. lib.
2. *fori legum.* l. 1. tit. 13. lib. 4. *ejusdem*
fori. Azeved. l. 4. tit. 10. lib. 6. & l. 2.
num. 218. tit. 13. lib. 8. *novæ Recompilat.*
Thom. de Thomasset *reg.* 21. *Giurba*
consil. crimin. 7. num. 14. qui in gravio-
ribus delictis id procedere dicit, non
in levioribus. Intellige, quando agen-
tes cum consentientibus cooperan-
tur positivè, præbendo causam effica-
cem, & propinquam principali actori
delinquenti, de quibus consentienti-
bus habetur in l. *si quis id quod* 7. ff.
de jurisdict. omn. Judic. l. *item Mela* 11.
§. *si alius.* 1. ff. *ad Leg. Aquil.* l. *unic.* C. *de*
raptu virg. c. Felici 3. in *princ. de pœnis.*
in 6. cap. *sicut dignum* 6. §. *qui verò.* &
§. *illi etiam, de homicidio. gloss. ult. in*
cap. notum 2. *quest.* 1. S. Thom. 2. 2. q.
62. *artic. 7. in corpore.* Navar. in *cap. ita*
quorundam 6. *notab.* 9. à num. 2. *de Ju-*
dæis. observant Covar. in *reg. pecca-*
tum. p. 2. §. 12. à num. 1. *Farinac. conf.* 66.
num. 18. *Molin. de Justit. tract.* 2. *disp.*
732. *sub num.* 1. *Flamin. Paris. de confi-*
dent. quest. 22. num. 5. *Ludovicus Ri-*
bera in annot. ad cap. non inferenda.
23. *quest.* 3. n. 27. *Giurba d. conf.* 7. n. 14.
Joan. Bapt. Costa de facti scient. &
ignor. inspect. 68. n. 6.